Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Josue

120.

videam. Ceterum post sancte paule dormitionem cum vita virtutis exemplum est. et hos libellos quos eustachio virgini xpi negare non potui decernimus dii suis hos regget artus phatrazq; explanationem in ambiguo. et obmissum ita dii opus quodaz post limine repetere. presertim cum et admirabilis. situsque vir pamachuis. hoc idem litteris flagitet. et nos ad patriam festinantes mortiferos strenaq; cauta surda debeamus aure transire.

Incipit Capitulum primum in libro Josue

Et factum est vt post mortem moysi servi dni loqueretur dns ad Josue filium nun ministrum moysi. et dixit ei. moyses servus meus mortuus est. surge et transi iordanem istum. et tu et omnis plebs tecum in terram. quam ego dabo filiis israel. Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis tui. vobis tradam sicut locutus sum moysi. A deserto et libano. usq; ad flumen magnum eufraten. Omnem terram cetheorum. usq; ad mare magnum. ad occasum erit terminus vester. Nullus poterit resistere cunctis diebus vite tue. Sicut fui cum moyse. ita ero tecum. Non dimittam nec derelinquam te. Confortare et esto robustus. Tu enim sorte divides plebi huic terram. quam iurando pribus tuis. vt traderem ea illis. Confortare igitur et esto robustus vehementer. vt custodias et facias omnem legem. quam preceptit tibi moyses servus meus. Ne declines ab ea. ad dexteram vel sinistram. vt intelligas cuncta quae agis. Non recedat volumen istius legis hujus de ore tuo. sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. vt custodias. et facias ea. quae scripta sunt in eo. Tunc dirigis viam tuam. et intelliges ea. Ecce preceptum tibi. Confortare et esto robustus. Noli metuere. et noli timere. quoniam tecum est dns deus tuus. in omnibus ad quemcumq; perrexeris